

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 6116

**Auteur(s)** : Michel, Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbé)

**Bénéficiaire(s)** : Maurice [particulier]

**Bénéficiaire(s)** : Guillaume [particulier]

**Genre d'acte** : notice

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1153

**Lieu d'émission** : Les Préaux Colleville-sur-Mer

**Action juridique** : autre

**Description de l'original** : chirographe

**Langue du texte** : latin  
chirographe

## Analyse

Michel, abbé, et le couvent de Saint-Pierre de Préaux concèdent à Maurice et à son frère Guillaume tout ce que les moines possèdent à Colleville en terres, hommes et logement, contre un cens annuel payable à la Saint-Denis [9 octobre] de douze sous angevins ou d'une monnaie ayant cours en Normandie. Dans le cas où les revenus de cette terre croîtraient au delà des douze sous, les deux frères devraient reverser aux moines la moitié du surplus. Guillaume reçoit alors la fraternité des moines et jure sur les évangiles, en son nom et pour son frère, de respecter l'accord. À leur mort, la terre et tous les augments qu'eux ou d'autres auront produits retourneront à l'église de Préaux.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° B7, p. 214-215.

Texte établi d'après a

Anno Incarnationis Domini M° C° quinquagesimo tercio, Michael, abbas de Pratellis, omnisque conventus ecclesie concesserunt duobus fratribus, videlicet Mauritio et Willelmo, quicquid habebant ipsi monachi in Colavilla, in terris, in hominibus, in herbergagio, ea conditione ut unoquoque anno in festivitate sancti Dionisii reddat ecclesie Pratellensi duodecim solidos andegavensium aut nummorum in terra Normannie communiter currentium. Si autem ultra istos XIIcim solidos terram illam accreverint in majorem censum, ejusdem census dimidiam partem nobis reddent. Hoc autem totum quod dictum est Willelmus, recipiens fraternitatem ecclesie et fratrem factus in Christo, solus juravit super altare Sancti Petri de Pratellis et super IIIor evangelia se et fratrem suum, Mauricium, omni tempore vite sue sine fraude servaturos. Post mortem vero utroque fratrum terram, de qua hic loquimur, com omnibus augmentis que in ea ipsi vel per se vel per alios fecerint absque omni calumnia libere ad ecclesiam Pratellensem revertentur. Hec itaque conventio, constituta in capitulo Sancti Petri Pratelli, coram abbate, omni conventu, lecta fuit et confirmata coram omni parrochia Coleville. Hujus rei fuerunt testes ex parte abbatis :

Theodericus, cementarius ; Walterius Moisant ; Adam Malparti ; Odo Trihan ; Ricardus de Combon ; Wincenel et alii multi. Ex parte vero Willelmi et Mauricii testes fuerunt : Hugo Durfort ; Willelmus, filius Benedicti ; Willelmus, filius Tustini ; Willelmus, filius Anshetilli Guillardii ; Alexander, frater ejus ; Radulfus Vier ; Rannulfus, filius Rainaldi, et alii multi. Hec carta est cyrografus.